Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Qua finita sacrdos absq; salutatione dicat. Oremus. Oremus. Deus qui mirabiliter creasti hominem et mirabilius redemisti. da nobis quæsumus contra obtrectatores veritatis mentis et corporis ut pleniter ad gaudia eterna pueniamus. P. Lectio ij.

Factum est in vigilia matutina. Et ecce respiciens dominus super castra egiptiorum per columpnam ignis et nubis et interfecit exercitum eorum. et subiunxit rotas curruum eorum. ferebantque impetum. Dixerunt egiptij. Fugiamus ne dominus pugnet pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare: ut revertantur aque ad egiptios super currus et equites eorum. Cumque extendisset moyses manum contra mare reversus est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusque egiptijs obviaverunt aque et involuit eos dominus in medius fluctibus. Reversæque sunt aque et operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui secuti fuerant eos in gressi fuerant mare. Et unus quidem ex eis fuit excepto. Filij autem israel pertransierunt per medium siccum maris et aquas erant quasi pro muro a dextris et a sinistris. Liberavitque dominus israhelem in die illa de manu egiptiorum et viderunt egiptios mortuos super littus maris et manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuitque populus dominum: et crediderunt domino et moysi servo eius. Tunc cantavit moyses et filij israel carmen hoc domino et dixerunt. Tract.

Inclinemus domino gloriose cui honor et imperium est equum et alacrem laetitiam procurantes mente adiutor et protector factus est mihi in salutem. v. Hic deus meus et honorabo eum deus patris mei et exaltabo eum. v. Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Oremus. Deus cuius antiqua miracula in prima quoque secula choruscare sentimus. presta quæsumus. ut misericordiam per quam potentem populum ab egiptiis liberasti hoc ad salutem gentium per aquas baptismatis operis. P. Lectio sancti.

Apprehenderunt septem mulieres virum unum in illa die dicentes. Panem nostrum comedemus et vestimentis nostris operimur tantummodo ut vocetur

nomen tuum super